e-codices

T ibi in manu eſt quod credas ego quod dicam id mihi
e a in manu ē. cha de iſtac re argutuſ es ut par pari
R eſpondeas. ad mandata claudus cecuſ mutus mancuſ
D ebilis. promittebaſ te oſ ſublinire meo pr̄i. ego met credidi
h omini docto rem mandans lapidi maxumo. eu q̄d ego facerem.
cha Q uid faceres. men rogas requireres rogitareſ q̄ſ eſſet aut unde
e ſſet. qua proſapia ciuiſ ne eſſet an peregrinus. eu ciuem eſſe
A iebant atticum. cha ubi habitaret inuenireſ ſaltem ſi nomen
N equireſ. eu nemo aiebat ſcire. cha at ſaltem hominiſ
F aciem exquirereſ. eu feci. cha qua forma eſſe aiebant.
eu E go dicam tibi. canum. uarum. uentrioſum bucculentum
B reuiculū ſubnigriſ oculis oblongiſ malis panſum aliq̄ntulum
cha N on hominem mihi ſꝫ theſaurum neſcio quē memoraſ mali
N un quid ē quod dicaſ aliud de illo. eu tantum quod ſciā
cha e depol ne ille oblongiſ malis mihi dedit magnū malum
N on poſſum durare certumſt exulatum hinc ire me
S ed quam capiam ciuitatem cogito potiſſimū
M egare feretriam corinthū calchitam cretam ciprum
S icionem nidum iacinthum. leſbiam boetiam
eu C ur iſtuc ceptaſ conſilium. cha q̄a enī me afflictat amor
eu Q uid tu ais quid cum illuc quo nunc ire paritas ueneris.
S i ibi amare forte occipias atque item eiuſ ſit inopia
I am inde porro aufugieſ: deinde item illinc ſi item euenerit
Q uis modus tibi exilio tandem eueniet. qui finiſ fugae
Q uae patria aud domuſ ē ſtabiliſ ēē poterit. dic mihi
C edo ſi hac urbe abis amorem te hic relicturū putas.
S i id forte ita ſat animo acceptum ē certum id p̄ certo ſi heſ
Q uanto te ſatius eſt ruſ aliquo abire ibi ēē ibi uiuere
A deo dum illiuſ te cupiditas atqꝫ amor miſſum facit
cha I am dixiſti. eu dixi. cha fruſtra dixti hoc m̄ certiſſimū eſt
e o domum pr̄em atqꝫ matrem ut meoſ ſalutem poſtea clam patrem
P atria hac effugiam. aut aliquid capiam conſilij. eu ut corripuit
S e repente atqꝫ abijt. heu miſero mihi: ſi ille abierit mea
O mneſ dicent eſſe ignauia. certūſt preconum iubere ia q̄tum eſt
C onducier qui illam inueſtigent q̄ inueniant poſt ad pretorem
I llico orabo ut conquiſitoreſ det mihi in uiciſ omnibꝫ

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. f.%20164v – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/en/fmb/cb-0138/f.%20164v)